



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fortitudo triplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Fiducia bonorum in quinque consistit.

Primo, in dei timore. Prou. 14. **Pro. 14.**
 Intimore domini fi. for. &c.
 Secundo, in cordis puritate. Io. 1. Io. 3
 Carissimi, si cor nostrum non re-
 prehenderit, fiduciam habemus ad do-
 minum. Tertio, in oris confessione.
 Iob. Si iniquitatem, quæ est in manu **Iob. 9,**
 tua, abstulerit à te, & non manseris in
 tabernaculo tuo, &c. quæ sequuntur.
 Quarto in eleemosynarum largitio-
 ne. Tobias. Fiducia magna eleemosy-
 næ coram summo deo erit. Quinto, **Tob. 4**
 in sanguinis Christi effusione. Heb.
 Habentes fratres fiduciam in introi-
 tu sanctorum in sanguine Christi, qui **Heb. 10**
 inuitauit nobis uiam, &c. Et Pater
 Augustinus. Omnis nanque spes, & to-
 tius fiducia certitudo mihi est in præ-
 tioso sanguine eius, qui effusus est pro
 pter nos, & propter nostrâ salutem, &c. **Augus.**

Fortitudo triplex.

Prima est carnis. Prou. 6. Accin- **Pro. 6.**
 xit fortitudine lumbos suos, id-
 est castitate, ad quam tenendam

CHRISTIANA

Isyd.

necessaria est fortitudo ; quia sicut dicit Isydorus. Inter omnia christiano- rum certamina sola duriora sunt pra- lia castitatis, ubi cotidiana pugna est, & rara uictoria. Secunda mentis, que est charitas, de qua dicitur ; Fortis est ut mors dilectio, quia sicut mors animam a corpore separat, sic dilectio Dei a mundi impietate. Tertia est operum, de qua Psal. Fortitudinem meam ad te, &c.

1. Cor. 13

1. Cor. 13

Psal, 58

de dol

Fortitudinis incitamenta sunt quatuor.

de T

Iosue. 1.

3. Re. 2.

2. Ti 4.

Iob. Bern.

de 1. Cor.

Deu, 31

Primum est, admonitio scripturae. Iosue. Confortare & esto robustus. Reg. 2. Dixit David Salomoni ; Confortare & esto fortis, & observa custodias deo dei tui, ut tribules in uis suis. Tim. 4. Forti anima esto, &c. Secundo, quia nobis necessaria est. positi enim sumus in loco certaminis, sicut legitur in Iob. Militia est uita hominis super terram. Et Bernardus. In mundo isto quasi in studio certaminis positi sumus. Ideo in uita ista ualde est necessaria fortitudo: quia pugnat contra nos mundus, caro, & diabolus. Contra hos hostes confortat nos scriptura dicens in Deum